



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Bigamia

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

ideo est, ut melius puritas sanguinis innotescat. Quam tamen nostram sententiam multorum non infimæ notæ dictis citatam, subijcio prudenti Ecclesiarum judicio, nec non Illustr. SS. Inquisit. viris. Oppositam mordicus sustinet à Corro tract. de purgat. & nobil. prob. p. 2. quest. 8. ff. 3. num. 27. cum seqq. Et ego de his latè citata resol. 96. tr. 16 p. 10.

Debet ad
Episcopatus
digniores
nominari.

51. Pro-Reges debent en la nomina, ut vulgò dicitur, quam mittunt ad Regem, nominare ad Episcopatus digniores, dignis postpositis. p. 9. tr. 7. resol. 7 & 52.

BIGAMIA

Bigamia
quid?

Et quatuorplex.

1. † Bigamia dicitur multiplicatio nuptiarum qualiscunque. Nam qui plures, quam unam, duxerit, dicitur bigams. Dividitur primò in veram, interpretativam, & similitudinariam. Interpretativa item alia est simpliciter talis, alia ex juris fictione. Quæ omnia tuus invenies apud auctores. Ex bigamia oritur irregularitas, de quo vide, V. Irregularitas, à num. 8.

BLASPHEMIA

Blasphemia
quid?

Quatuorplex?

Quomodo
differant inter se?

1. † Blasphemia est maledicentia contra Deum ex malo voluntatis affectu. Unde blasphemus est, qui aufert à Deo bonum, quod habet, negando, vel illi imponit malum, quod non habet affirmando, dicens, *Deus non est justus, aut, est impius.*

2. Et quidem blasphemix modò dictæ sunt per modum enunciationis. Sunt autè aliæ per modum detestantis, ut si quis dicat, *Pereat Deus.* Et per modum irridētis, ut, *Vah, qui destruis templum Dei.* Sunt item ex blasphemis aliqua hæreticales, aliæ non ita. Vide v. *Inquisitorum, n. 66.* Contingunt etiam blasphemix in sanctos, & alias creaturas. †

3. An verò omnes blasphemix sint ejusdem speciei? Negativè respondent alii, cum quibus sentit novissimè Mendoza in 2. 2. disp. 91. sect. 12. §. 54. Probans

blasphemias hæreticales differre specie ab imprecativis, & in Confessione distinctè explicandas; tum quia illæ habent oppositionem cum fidei confessione, tum etiam; quia diversum convicium est assertio rei turpis, ac imprecatio. Differunt item specie blasphemias in Deum, & in sanctos; nam per blasphemias in Deum violatur Religio, per blasphemias in Sanctos, Dulia: à qua quia Hyperdulia, aut specie differt, aut ea est valdè major intra eandem speciem, blasphemias in B. Virginem seorsim explicandas in Confessione à blasphemis in Sanctos, ut potè quæ vel specie differunt, vel sunt peccata notabiliter graviora. Ita ille, probabiliter quidem. Sed non minus probabile est, omnes blasphemias, sive sint in Deum, sive in Sanctos; esse ejusdem speciei, nisi hæresim contingant, vel à formali odio Dei procedant. Vide Faustum de Sacrament. Pœnit. lib. 4. quest. 137. Cælestinum, Comp. tract. 1. cap. 9. diff. 4. & Duvallium in 2. 2. tract. de fide, q. 9. art. 2. p. 1. tract. 7. ref. 50. & p. 5. tr. 13. ref. 21.

4. Cæterum non est blasphemia, vocare amasiam Deam, aut Idolum suum: nam hæc verba non dicuntur, aut capiuntur in sensu proprio, sed hyperbolico. Ita Mendoza in 2. 2. disp. 91. sect. 4. §. 16. p. 5. tr. 13. ref. 20.

5. † Blasphemia est ex suo genere peccatum mortale. † Et in blasphemis in Deum non datur parvitas materia: quia quævis adversatur virtuti Religionis notabiliter: dehonorat enim Deus non immodicè, cum ab infinita vilitatis homunculo injuria afficitur, quantumvis minima. Ita Sylvius in 2. 2. quest. 13. art. 2. & alii. Cæterum admittimus parvitatē materia: in blasphemis in sanctos, non ut sancti, sunt, sed ex alio respectu, ut, si quis per jocum diceret, Sanctos Joannem, & Paulum fuisse eunuchos. Ita Duvallius in 2. 2. quest. 9. art. 2. Et quamvis Lorca in 2. 2. quest. 13. artic. 2. numer. 9. id non admittat, cum in rebus tanti momenti jocus ipse sit illicitus, & injuriosus, puto tamen utramque sententiam esse probabilem. Imò

Et, an sit
blasphemia
vocare ama-
siam Deam?

Blasphemia
est peccatum
mortale ex
genere suo.

Sed, an ad-
mittat par-
vitatē ma-
teria:?
saltem in illis,
quæ diri-
guntur in
sanctos?

Villa-